

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad
proxim accommodatas

Archdekin, Richard

Antverpiæ, 1682

§. 6. De Stipendio pro celebratione Missæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40873

§. 6. De stipendio pro celebratione Missæ.

1. **A**dverte, licitum non esse stipendium ul-
lum accipere pro ipso Missæ Sacrificio:
quia cùm sit res sacra peccatum simoniae com-
mitteret, qui pro eo pretium admireret. Sa-
cerdos igitur solum intendere debet suam in ce-
lebrando operam, ac prævium studium pro pre-
tio concedere, justum enim est eum, qui ser-
vit altari de altari vivere.

2. Si is, qui Missam procurat, non præbet
justum stipendium ab Episcopo, vel consuetu-
dine taxatum, non ideo potest Sacerdos acci-
pere à diversis plura modica, quæ justo stipen-
dio æquiveant, & pro illius unicam missam
celebrare. Nam etsi Suar. aliquie id aliquando
docuerint, post decretum Congregationis Car-
dinalium nunc omnino prohibitum est.

3. De iis qui justum Missarum numerum pro-
curant, sed parte eleemosynæ sibi retenta, au-
thoritate Urbani VIII. sic statuit eadem Con-
gregatio §. 4. *Omne damnabile lucrum ab Ecclesia
removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam sa-
cepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem
Missam alteri, parte ejusdem eleemosyna sibi retenta,
celebrandam committat.*

4. Circa hoc Decretum proposita est Congre-
gationi dubitatio, si detur eleemosyna solita
major, an satis non sit dare saltem stipendium
justum, & consuetum? Respondet, Congrega-
tio claris terminis, debere absolutè integrum
eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti,
nec ullam illius partem sibi retinere posse, ut
videre est Bullarii p. 4. fol. 319.

4. Qui tamen ab amico pro Missa stipendium
solito

Pars 3. tract. 4. cap. 4 De Sacrificio Missæ. 363
solito majus accepit, idque intuitu solius amicitiæ, potest per alium dato illi tantum justo stipendio satisfacere. Quia solam amici gratiam, nihil de stipendio sibi reservat.

5. Sed quid si Sacerdos jure suo ad majus stipendum ultrò cedat? Respondeo, id non posse rectè præsumi, plerumque enim id facit ex metu, ne sibi Sacra alio tempore subtrahantur, non autem ex liberali & expressâ donatione, uti hic C. Lugo rectè advertit.

6. Probabile est, Sacerdotem, qui tenetur in aliqua Ecclesia celebrare, v. g. pro populi commoditate absque obligatione applicandi Sacrificium, posse pro illius applicatione aliud stipendum accipere. Huic enī resolutioni non obstare Congregationem Cardinalium apud Gavantum & alios docet Card. Lugo, & alii 8. hic apud Dianam.

7. Sacerdos, qui pro hodierna Missa nullum accipit stipendum, non potest illam applicare pro eo, qui datus est illi proximum stipendum, quamvis id affirmet Henr. cum aliis 6. Sed contra communem Ecclesiæ consuetudinem, & decretum Cardinalium ex mandato Clementis VIII. Missas tamen hebdomadarias alicuius Capellæ potest Sacerdos ex causa anticpare.

8. Sacerdos, qui absolutè omittit Sacra, pro quibus accepit stipendum, quod constituit materiam gravem in genere justitiae, tenetur sub mortali stipendum restituere, nisi Sacra per alium velit procurare. Quia ex contractu, falso implicito, illud officium pro istiusmodi beneficio debetur.

9. Peccat etiam graviter, qui differt ad tempus absolutè longum celebrationem Missarum.

Q 2

pro

364 Pars 3. tract. 4. cap. 4. De Sacrificio Missæ.
pro quibus stipendum accepit. Non censetur
dilatio absolute longa , si Sacerdos simul acci-
piat 50. vel 60. Sacra per totidem dies à se solo
legenda. Differre etiam ad tres menses non esse
tempus absolute longum ex mente Sacrae Con-
gregationis probabiliter existimat Villalobos &c. 3.
alii apud Dianam p. 2. tr. 14. resol. 25.

An, aut qualiter stipendum pro Missa aut aliis
ministeriis admissum , repugnet voto paupera-
tis in Societate, discutit accuratè Moya in select.
quæst. parte postrema pag. 336.

Quares, An magis prosint , & plus valoris
habeant Sacra quæ dato stipendio celebrantur à
Sacerdote piæ , ac probatæ vitæ , quam ab alio
qui est minus pius , probus , aut devotus.

Respondeo affirmative ordinariè loquendo.
Quia etiæ ex opere operato valor Sacrificii sit æ-
qualis , ex opere tamen operantis , celebrantis
probitas , pietas , & actualis devotione , uti Deo
est acceptior & gratior , ita majorem vim ha-
bet impetrandi pro aliis novas gratias ac bene-
ficia , & satisfaciendi pro reatu pœnæ debite.
Adde quod talis meritò presumatur magis fi-
delis in numero Sacrorum integrè , & tempe-
stivè persoluendo. Poterit vel inde Sacerdoti-
bus magis dissolutis stimulus accedere , ut san-
ctius vivant , ac devotius celebrent , nisi velint
aliis meritò postponi.

AP